Universitätsbibliothek Paderborn

# Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

XII. Quod persecutorum ruinam viderit, quodque jam ob Christianorum pacem laetatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

## Caput XI.

*Contra tyrannos & perſecutores, & de captivitate Valeriani.*

NEc mihi ipſe videor errare mi frater, qui hunc unum Deum profitear omnium auctorem ac parentem. Quem multi ex iis qui apud nos Imperium tenuerunt, inſano errore acti, pernegare quidem conati ſunt. Sed eos omnes hujuſmodi exitus quaſi vindex oppreſſit, ut univerſum nunc hominum genus, illorum Principum calamitates exempli vice proponat iis qui illos imitari ſtuduerint. Horum unus mihi videtur fuiſſe, ille quem divina vindicta inſtar fulminis ingruens, fugatum ex noſtris regionibus veſtras in terras tranſportavit: qui quidem ſuo dedecore atque ignominiâ tropæum illud tantopere à vobis jactatum conſtituit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ.

Ὅτι κατὰ τυράννων καὶ διωκτῶν, καὶ περὶ Οὐαλεριανοῦ αἰχμαλωτισθέντος.

ΟΥ μοι δοκῶ πλανᾶσθαι ἀδελφέ μου, τοῦτον ἕνα Θεὸν ὁμολογῶν, πάντων ἀρχηγὸν καὶ πατέρα· ὃν πολλοὶ τῶν τῇδε βασιλευσάντων μανιώδεσι πλάναις ὑπαχθέντες ἐπεχείρησαν ἀρνήσασθαι· ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἅπαντας τοιοῦτον τιμωρὸν τέλος κατανάλωσεν, ὡς πᾶν τὸ μετ' ἐκείνους ἀνθρώπων γένος τὰς ἐκείνων συμφορὰς ἀντ' ἄλλου παραδείγματος τοῖς παρὰ τούτους τὰ ὅμοια ζηλοῦσι τίθεσθαι. B τούτων ἐκείνων ἕνα ἡγοῦμαι γεγονέναι, ὃν ὥσπερ τις σκηπτὸς, ἡ θεία μῆνις τῶν τῇδε ἐξελάσασα, τοῖς ὑμετέροις μέρεσι παραδέδωκε, τὸ ἐπ' αὐτῶν αἰσχύνης πολυθρύλλητον τὸ παρ' ὑμῖν τρόπαιον ἀποφήναντα.

## Caput XII.

*Quod perſecutorum ruinam viderit, quodque jam ob Chriſtianorum pacem lætatur.*

C ENimverò commodè factum videtur, quod noſtrâ quoque ætate hujuſmodi homines manifeſtiſſimè pœnas dederunt. Nam & ego ſpectator fui exitus illorum, qui nuper iniquiſſimis juſſionibus populum Deo conſecratum exagitaverant. Proinde maximas Deo gratias ago, cujus ſingulari providentia cuncti mortales qui divinam legem obſervant, reddita ſibi pace exultant ac geſtiunt. Ex quo planè mihi perſuadeo, rectiſſimè omnia ac tutiſſimè ſe habere, cùm per puram ac ſinceram illorum religionem perque concordem de divino D Numine ſententiam omnes homines ad ſeipſum aggregare Deus dignetur.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ.

Ὅτι τῶν μὲν διωκτῶν εἶδε τὰς πτώσεις, εὐθυμεῖ δὲ νῦν ἐπὶ τὴν τῶν χριστιανῶν εἰρήνην.

C ΑΛλὰ γὰρ εἰς καλὸν ἐκεῖνο προκεχώρηκε, τὸ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς αἰῶνι τὴν τῶν τοιούτων τιμωρίαν περιφανῆ δειχθῆναι. ἐπεῖδον γὰρ καὶ αὐτὸς τῶν ἔναγχος ἀθεμίτοις προστάγμασι τὸν τῷ Θεῷ ἀνακείμενον λαὸν ἐκταραξάντων. διὸ δὴ καὶ πολλὴ χάρις τῷ Θεῷ, ὅτι τελείᾳ προνοίᾳ πᾶν τὸ ἀνθρώπινον τὸ θεραπεῦον τὸν θεῖον νόμον, ἀποδοθείσης αὐτοῖς τῆς εἰρήνης, ἀγάλλεται καὶ γαυριᾷ. ἐντεῦθεν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς πέπεισμαι, ὡς ὅτι κάλλιστα καὶ ἀσφαλέστατα ἔχειν ἅπαντα. ὁπότε διὰ τῆς ἐκείνων καθαρᾶς D τε καὶ δοκίμου θρησκείας, ἐκ τῆς περὶ τὸ θεῖον συμφωνίας πάντας εἰς ἑαυτὸν ἀγείρειν ἀξιοῖ.

## Caput XIII.

*Exhortatio ut Chriſtianos in Perſide agentes benevolè complectatur.*

QUanta porro voluptate me affici cenſes, cum audio id quod mihi maximè in votis eſt, horum hominum multitudine, Chriſtianorum ſcilicet (de his enim in præſentia loquor) nobiliſſima quæque Perſidis loca longè latéque eſſe decorata. Opto igitur ut & tuæ res quam florentiſſimæ, & illorũ perinde ſint florentiſſimæ: hoc eſt ut tuæ, ſic

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ.

Παρακλήσεις ὥστε τοὺς παρ' αὐτῷ χριστιανοὺς ἀγαπᾶν.

ΤΟύτου τοῦ καταλόγου τῶν ἀνθρώπων λέγω δὴ τῶν χριστιανῶν, ὧν ὑπὲρ τούτων ὁ πᾶς μοι λόγος, πῶς οἴει με ἥδεσθαι ἀκούοντα, ὅτι καὶ τῆς Περσίδος τὰ κράτιστα ἐπὶ πλεῖστον ὥσπερ ἐστί μοι βουλομένῳ, κεκόσμηται. σοί τ' οὖν ὅτι κάλλιστα, ἐκείνοις θ' ὡσαύτως ὑπαρχέτω κάλλιστα, ὅ, τι σοὶ κἀκείνῳ. οὕτω γὰρ ἕξεις τὸν